Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

T

urn:nbn:de:bsz:31-110889

Visual Library

agere debemus, quod non referatur ad gloriam Jesu Christi, et bonum exemplum præbeat fratribus nostris: Injustè ergo ei et fratribus nostris ansam scandali præbemus.

Sermo Secundus.

Pro fer. 3. 2.dæ heb. dom. in Quadrag. 178. 112. Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Matth. 23.

Nos tenemur nos utiles efficere iis, quibuscum vivimus, et magnum arcanum ipsis bona præstandi obsequia est, si ipsos ad Deum bonis exemplis ducamus. Debemus Deo gloriam, quam meretur conciliare; et vera ratio id præstandi est vita pia et exemplaris.

Documenta moralia

190 130 Supplementum.

205. 156.

T.

Templa.

Sanctitas locorum Deo consecratorum, irreverentiæ et impietates, quæ in iis perpetrantur: magna mysteria quæ in illis peraguntur, cæremoniæ et actus Religionis qui in iis exercentur.

Sermo Primus.

Pro Dedicatione Ecclesiæ. item pro fer. 2. post Dom. 4. Quadrages. 207. 1. Elegi et Sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus. 2. Paralip. 7.

Si Templa sunt loca quæ Deus elegit ut in iis honoretur, oportet ea ingredi in Spiritu Religionis ad exhibendum ei honorem, qui ipsi debetur. Si Templa sunt loca, in quibus oculos et cor suum aperit ad audiendas orationes fidelium, oportet ea ingredi in Spiritu collectionis et fiduciæ, ut accipiantur gratiæ, quas misericordia ipsius illis offert.

Sermo Secundus.

Pro festo Corporis Christi. 218. 28. Tibi sacrificabo hostiam laudis et nomen Domini invocabo. Psalm. 115.

Christus Jesus est in nostris Ecclesiis verè præsens sub hostiis consecratis, et ibi adest ut nobis benefaciat et preces nostras audiat; et hæc duo invita-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

menta debent impellere veros fideles, nec Ecclesias istas adeò desertas, ac sæpè sunt, relinquant. Jesus Christus ibi adest velut in throno Majestatis suæ et gloriæ; oportet ergo eas ingredi ad offerenda ei laudis sacrificia. Jesus Christus ibi est velut in throno misericordiæ et magnificentiæ suæ; oportet ergo eas intrare ut illum in auxilium nostrum vocemus.

Documenta moralia .... 229. 48.
Supplementum .... 241. 72.

V.
Verbum Dei.

Ipsius dignitas et utilitas: media illud audiendi cum fructu, obstacula quæ ei opponuntur; mala quæ sibi accersunt ii, qui illud audire et custodire negligunt.

Sermo Primus.
Pro Dom. 3. Quadrag.

Beati qui audiunt verbum et custodiunt illud. Lucæ 11. 242. 1.

Frustra salvari prætendimus, nisi audiamus verbum ~~verbum~~ Dei, et frustra illud audimus, nisi illud ad bonum usum convertamus.

~~Documenta moralia~~ ....
~~Supplementum~~.

Sermo Secundus.
Pro Dom. Sexagesimæ

Qui habet aures audiendi audiat. Lucæ 8. 255. 21.

Inefficacitas verbi Dei provenit modò à defectu pietatis et unctionis, modò à defectu tranquillitatis et agendi rationis ab omni cupiditate alienæ.

Documenta moralia .... 268. 35.
Supplementum .... 291. 68.

Veritas.

Ipsius pulchritudo et fortitudo: cæcitas et injustitia illorum, qui eam dicere nolunt, ei resistunt, eámque odio prosequuntur.

Sermo Primus.
Pro Dom. 5. Quadrag.

Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi? Joan. 8. 293. 70.

Qui scit veritatem eámque reticet, illi facit injuriam; qui veritatem impugnat nec eam credit, quando profertur, illi interdum majorem adhuc infert